Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



putet sufficere posse. Quod uero numerus
tabularū uicenarius est. & hoc magnae
scōrum perfectionis mysterium continet.
quater enim quini faciunt uiginti; & cum
lex mosaica quinq; libris. gratia aū & ueri
tas nouitestamenti quattuor scī euangelii
uoluminib; conprehensa est. merito scī
doctores uicenario numero exprimuntur.
quia miro ueritatis consensu & reuelata atq;
complexa in euangelio legis arcana manifes
tant. & praefigurata fuisse in lege euan
gelii sacramenta declarant; Dumq; & ue
tus testamentū in nouo dilucidatum. ac
latiore sensu ꝓpalatū esse docent; & nouum
in ueteri adumbratū ac multifaria typorū
reuelatione praesignatum insinuant. quasi
in latitudine suae locutionis. & quattuor per
quinq;. & quinq; tabularū numerū per
quattuor esse multiplicatū demonstrant;
Bases autem quibus tabulae sustentabantur.
uerba sunt & libri legis ac prophetarum.
quib; apostoli & euangelistae. eaq; scribere
ac praedicare uera esse ac diuina probabant;
Unde est illud in euangelio sepissime repetitū;